uirtus· Contra torporem· zeli proelium· tristitiae· quoque gau
dium· Accidiae· fortitudo· Auaritiae· largitas· Superbiae· humi
litas opponenda est· Sic que singulae uirtutes nascentia contra
se uitia reprimunt· hos temptationum motus uirtute diuinae
caritatis extingunt· Libidinem· abstinentia domat· Nam quan
tum corpus inedia frangitur· tanto mens ab inlicito appetitu
euocatur· Aduersus iram· tolerantia dimicat· Ira autem·
semet ipsam necat· Sustinendo autem patientia uictoriam por
tat· Tristitia merorem· spes et enim gaudii superat· et quem
turbata mens de exterioribus afficit· dulcedo interioris tran
quillitatis lenit· Aduersus inuidiam· praeparatur caritas·
et aduersus irae incendia· mansuetudinis adhibetur tranquil
litas· Superbiam diaboli· imitantur superbi· Aduersus quem
opponitur humilitas xpi· quia humiliantur elati· Sicut pri
ceps septem uitiorum superbia· nos eorum potestatibus sub
dit· Ita xps septiformi gratia plenus· a dominatu uitio
rum nos eruit· et quos illa addicit septem plici uitio· iste li
berat septiformi gratiae dono· ihs xps dns noster· qui uiuit
et regnat cum do patre et spu sco· ds per omnia saecula sclorum Amen

DOMINICA IN XL· LEC EP B P AP AD CORINTHEOS

Frs libenter sufferatis insipientes· cum sitis ipsi sapientes·
Sustinetis enim· si quis uos in seruitutem redigit· Si quis de
uorat· si quis accepit· si quis extollitur· si quis in faciem uos
cedit· et reliqua

OMELIA LEC EIUSDEM

Cum apostolica lectio legeretur dilectissimi nobis audi
uimus beatum aplm corinthiorum populum arguentem·
quare falsos suscepissent apostolos· uel cur eorum falsis con
sentirent doctrinis· Simulque narrantem et exponentem
illis· quantas pro nomine dni ihu sustinuisset iniurias·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0048